



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 134. Pontificis diploma ad Poloniæ Regem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](#)

que Filii postea magis novarum hære- Sæcul. XVI.  
A.C. 1557.  
sum erroribus, quam literis humaniori-  
bas imbuti in patriam reversi sunt: qua-  
propter non sine dolore illorum Parentes  
cernere cogebantur, quod eorum filii  
palam patriæ suæ Religionem, ac ritus  
deriderent, atque etiam in Palatinatu,  
ubi major erat horum juvenum nume-  
rus, Ecclesias diriperent. Rex cum no-  
biles sibi infensos reddere pertimesceret,  
sacrilegos hosce ausus indulgenter to-  
lerabat, quamvis ipsus Religionem Ca-  
tholicam non abjiceret: unde accidit,  
ut etiam quidam Presmisliensis Eccle-  
siæ Cathedralis Canonicus publice ne-  
fando conjugio se se pollueret, ac plena  
quævis credendi libertas permitteretur,  
nullusque propter mutatam Religionem  
in Polonia ad quæstionem vocaretur.

§. CXXXIV.

*Pontificis diploma ad Poloniæ  
Regem.*

Postquam Paulus IV. Pontifex intelle-  
xerat, quod intra Sigismundi Re-  
gnum jamjam in pluribus urbibus com-  
munio sub utraque specie distribueretur,  
spreto etiam interdicto, quo idem Rex  
illius usum in publicis Ordinum co-  
mitiis prohibuerat: eapropter Pontifex  
ad Sigismundum die vigesima prima  
Octobris Anno Salvatoris nostri millesi-  
mo

*Raynald. hoc  
ann. n. 38.*

**Sæcul. XVI.** mo quingentesimo quinquagesimo septi-  
A.C. 1557. mo diploma transmisit, quo Regi hæc  
 exposuit: „Allatum est nuper nobis,  
 „nec sine magno dolore animi au-  
 „divimus, quod proximo anno Domini-  
 „ca quarta quadragesimæ in his quatuor  
 „Regni tui Oppidis, Dantisci, Toru-  
 „nii, Elbingæ, & Mariæburgi, illius diei  
 „lætitia spiritualis in luctum Ecclesiæ  
 „conversa fuerit, cum temeritas illorum  
 „populorum eo progressa esset, ut veriti-  
 „non fuerint uno, eodemque die, tan-  
 „quam ex composito contra confuetu-  
 „dinem Ecclesiæ Catholicæ, sub dupli-  
 „specie Sacram Communionem sumere.  
 „Audivimus etiam, ipsa quoque, quod  
 „pro nostro divini cultus zelo molestis-  
 „sime tulimus, Sacrosancta Altaris my-  
 „steria ibidem contra ejusdem Ecclesiæ  
 „institutum pervulgari, & patrio sermo-  
 „ne celebrari cœpisse, quæ res non no-  
 „bis solum, sed etiam Serenitati tuæ eo  
 „magis animadvertendæ sunt, quod  
 „contra tuum ipsius Edictum in conven-  
 „tu proximo, cum adesset venerabilis  
 „frater Aloysius Episcopus Veronensis  
 „noster, & Sedis Apostolicæ Nuntius,  
 „promulgatum, hæc facere ausi sint: i-  
 „taque non Sedi Apostolicæ solum, sed  
 „tibi quoque tam gravem injuriam fe-  
 „cerunt, quam ob rem hortamur te cha-  
 „rissime fili, moneimus, & rogamus, ut  
 „cum

„cum tua prudentia intelligas, hoc au- **Sæcul. XVI.**  
 „dax facinus spectare ad perturbandam **A.C. 1557.**  
 „prorsus, & evertendam in Regno tuo  
 „Religionem Catholicam, & Sanctæ Ma-  
 „tris Ecclesiæ ritus sanctissimos abro-  
 „gandos, ejusque auctoritatem delen-  
 „dam: obviam ergo eas tanto malo, an-  
 „tequam vehementius corroberetur, ac  
 „tam grave scandalum e civitatibus il-  
 lis, & locis omnibus, in quibus eadem  
 acta sunt, ita tollendum cures, ut ap-  
 pareat tibi placere, quod lex a te proxi-  
 me lata de nulla re in Religionis cultu  
 novanda servetur, neque impune a  
 quoquam eam negligi, violarique passu-  
 ris, cum ad Dei honorem, & animarum  
 salutem pertinet, temeritati populorum  
 obviam iri, atque hæreses reprimi.

Hac occasione Stanislaus Hosius E-  
 piscopus Warmiensis de communione *Hosius in*  
 sub utraque specie Dialogum composuit, *Dial. de*  
*utriusque* in quo demonstrat, quod non recens, *spec. comm.*  
 sed antiquus sit usus sub una specie com- *p. 104.*  
 municandi, veteresque Poloni, cum no-  
 men Christo dedissent, una specie con-  
 tenti sanctitatem coluerint.

### §. CXXXV.

*Lutheri hæresis per Joannem Laski*  
*per Poloniam diffusa.*

*Hist. Eccles. Tom. XLII. Pp. Idem*